



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

X. De clericis coram episcopis conueniendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

que eucharistiam sæpe porrexit. Hoc enim decretum a nobis præfixum qui fuerit audacter transgressus, tam ipse, quam omnes qui ei consenserint, usque ad generale Concilium anathemate de ecclesia separentur.

X.

Quod de episcopis censuimus, obtinet & in clero, ut neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de ecclesiis trahantur, aut iniuriam aliquam in scio episcopo eorum patiantur: sed quidquid quis aduersus eos habuerit, in notitiam episcopi proprii perducatur; & ipse causam iustitiae præeunte discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat.

XI.

Señtatores nos hospitalitatis esse non solum Dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospite receptum fuisse, sed etiam eius Apostolus, omnibus pene suis præceptis. Propterea, beatissimi fratres, vnumquemque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentes, ut possint apud Deum misericordiae operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per puram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suae ipse prius opere non comprobavit, indignationem procul dubio incurret Domini maiestatis. Prædicetur hoc nostrae mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum.

XII.

Quid autem scriptura diuina de viduis & pupillis